



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De  
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 26. De Christi molestijs in itinere ex horto ad domum Annæ. & quæ  
in ea euenerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

## MEDITATIO XXVI.

*DE IIS QVAE CHRISTVS  
Dominus ab horto vsg, ad Anna-  
domum, in ea pertu-  
lerit.*

## PUNCTVM I.

a Ioan. 18. 13.

I.

b Mar. 10. 32  
Supra Me-  
dit. 2.



ILITES ergo cum suo Tri-  
buno & cæteris Iudeorum  
ministris, qui Christum co-  
prehenderant, a adduxerat  
eum ad Annam primum erat  
enim sacer Caipha qui erat  
Pontifex anni illius.

PERPENDIDI hic sunt labores Christi  
Domini, in prolixo illo itinere. Nam PRIMUS  
graues sustinuit dolores, eò quod ini-  
mici illi crudeliter illum tractarent, trahen-  
tes funibus, percutientes & impellentes, ut  
festinaret, & quasi curreret; qui propterea im-  
pegerit, ac etiam (ut in huiusmodi casibus e-  
uenire solet iis, qui ligati à comprehensori-  
bus trahuntur) aliquando ceciderit. Memine-  
rit ipse nunc postremæ ascensionis suæ in Hie-  
rusalem, cum b discipulos suos precederet, ut si-  
gnificaret animi sui alacritatem & prompu-  
tudinem ad patiendum. O dulcissime IESU,  
quàm celeriter ire cogeris, à tuis hostibus

rapta.

raptatus; sed multò magis à tua charitate, quæ  
dei potestatem facit? O quantum interest,  
inter hunc & illum comitatum! ubi nunc sunt  
illi discipuli, qui tunc comitabantur? non po-  
terant adeò concitatum gressum sequi; & pro-  
pterea te deseruerunt! Ne, quæso, patiaris Do-  
mine, ut à te alacriter sequendo ego desistam,  
etiam si sint magni subeundi dolores.

DEINDE, quam fuerit defatigatum ipsum  
Christi Domini delicatum corpus, ob sudore sanguineum!  
credi etiam potest, poros recentes  
fuisse apertos, sudoremq; fluxisse ob nimiam  
festinationem, quam hostes urgebant, si non  
sanguineum, at ex anxietate multum debili-  
tantem. Transiens quoq; Torrentem Cedron  
impegerit fortè ad eius lapides, cibibens non aquas eius, sed torrentis amaritudinem & de-  
fatigationum quæ cor eius transfigebant. O

corpus sanctissimum, gratias tibi ob tantam in-  
nocitatem defatigationem! O pedes sacrati-  
ssimi, gloriam vobis tribuo ob festinos gressus,  
quibus hoc iter confecisti! Nunc, bone IESU,  
incipiunt pedes tui poenas luere peccatorum,  
que pedes ad malum festinantes admiserunt.  
Contine quæso meos ab huiusmodi gressibus,  
virgo verò, ut currant ad bonum.

IN SIGNEM præterea in eodē itinere sustinu-  
it ignominia, dum tanquam latro aliquis ligat⁹ &  
tanto strepitu & clamorib⁹ duceretur: præci-  
pue enim in ipso Ciuitatis ingressu credendi  
lunt illi ministri altioribus clamorib⁹ usi, ia-  
cates insolentissimè prædam quā cœpissent.

O mi

## II.

## III.

O mi Redemptor, quam distat ingressus huc tuus in Ierusalem ab eo, quem proxime fecisti! Nam tunc plurimi palmarum ramos in manibus gestabant, tuæ victoriae symbolum; nunc gladios hi ministri gestant & lanceas, in signo victoriae suæ; Tunc omnes vocem extollebant in tuas laudes dicentes: d Benedictus qui venit in nomine Domini: nunc magnis clamoribus irritant, milleque afficiunt iniuriis & blasphemias; Tunc vestimenta sua & arborum ramos sternebant in via honoris gratia, ut iumentum, cui insidebas, ea calcaret: nunc te ipsum per vestem & funem peditem trahunt, & veluti raptant. O hominum in Deum suum mutabilitatem! O Dei patientiam in talibus hominibus tolerandis! Libera me Domine ab inconstancia adeò detestanda: & patientiam ad eò insignem concede, qua omni mutabilitate superior euadam.

DE M V M perpendam quo spiritu, & humilitatis ac patientiae affectu, Christus Dominus iter illud pergerit, offerens æterno suo Patri charitate summa laboriosos gressus suos in satisfactionem nostrorum, quibus eundem offendimus. Ex quo affectus deducam gratitudinis, & imitationis, ut postea dicemus.

## IV.

## P V N C T V M II.

P O N T I F E X ergo interrogauit I E - a I c a . 18.19.  
P s v m de discipulis suis , & doctrina  
eius.

C O N S I D E R A primū, quibus oppro-  
briis & irrisiōnib⁹ exceptus statim fuit  
Christus Dominus, cūm in Annæ domum est  
inductus: Nam eo conuenerant seniores, &  
Legisperiti, atque si ad eos spectaret de Chri-  
sti doctrina iudicare, quem plebs tota vt pro-  
phetam habebat. Cumque omnes illi, hostes  
essent Christi, simulque periti, & versati in  
lege: statim atque viderunt Christum, eum  
cooperunt irridere & subflannare, exultan-  
tes, quod tandem vietum & humiliatum  
cernerent, vt hinc intelligamus, scientiam,  
quæ inflat, initium dare irrisiōnib⁹ Christi  
Domini, quæ pœna est peccati Adami, quod  
fuit ortum ex appetitu b sciendi bonum & ma- b Gen. 3. 4.  
lum, sicut Deus. O Magister sapientissime,  
auctor & principium omnis scientiæ, cur sa-  
pientes aduersum te insurgunt, & totius sa-  
pientiæ auctorem subsannant? Superbia mea  
huius insolentiæ est causa: & inflans scientia  
mea, tali indigebat curatione: vt videns eum,  
qui est ipsa sapientia, ita illudi, ab huius mun-  
di sapientibus, gaudeam me ab eisdem humi-  
liri, nec quicquam me moueant illorum de-  
pravata iudicia. Da mihi, Domine, in sapien-  
tia humilitatem. Nam c Sapientia humiliati c Eccl. 11. 1.

IV. Part. Meait.

V

exal-

I.



exaltauit caput illius, & in medio magnatorum  
confedere illum faciet.

## II.

D E I N D E perpendenda est Pontificis &  
Seniorum illorum superbia, quā cōperunt,  
Christum Dominum examinare, animo vide  
licet illum calumniandi. Ideoquē interrogā  
uerint proculdubio, quā eius esset doctrī  
na? num aliquid contra Moysis legem docu  
isset? num ē cōelo per reuelationem eam ha  
buisset? quot haberet discipulos? qui illi? &  
vbi iam essent? Quā omnia demissē omnino  
mansueteque audiebat Christus, et amī pra  
uam interrogantis intentionem optimē no  
sceret. Ex quo discam ad propriā confusio  
nis, Christi verō Domini compassionis affe  
ctionem p̄ruenire; dum inter tot hostes &  
velut carnifex tanquam iudices sedentes, et  
tanquam reum stare video; illos cum insigni  
bus Doctorum legis, ipsum verō, ligatis mani  
bus, quasi malefactorem. O Doctor excelle  
tissime, Doctor doctorum, & omnium gen  
tium: cūm 12. esses annorum, sedebas in me  
dio Doctorum, audiens eos, & interrogans  
cum omnium stupore: nunc verē stas etiam  
in medio, audiens & respondens, sed omnibus  
te irridēntibus & subsannantibus! sed si tua  
sapientia, quam tuis tunc responsis & interro  
gationibus ostendebas, admirationi fut  
non minūs miranda illa est, quam nunc mani  
festas, dum ignominias toleras, quā inde tibi  
prouenient. O si mater tua sanctissima pr  
fessus nunc adesset! quo illa animi sensu bene  
uolum

uolam suam querelam repeteret. *Fili, quid  
mibi fecisti?* cur me sola relicta, in medium  
horum Doctorum venisti, qui lupi sunt po-  
tius carniungi, quam pii Doctores. Verum  
idem tu nunc ei respondis, quod runc: *in  
qua Patris mei sunt, oportet me esse:* Vult  
autem ille, hoc me nunc examen subire. Gra-  
tias tibi Redemptor amantissime, ob eam,  
quam Patri tuo praestas obedientiam; & ob  
humilitatem, quam eiusdem amore inter ho-  
mines ostendis.

## PUNCTVM III.

**R**ESPONDIT Pontifici IESVS: a Ego a Ioa.18.20.

R<sup>espondit</sup> palam locutus sum mundo: ego semper  
docui in Synagoga & in templo, quo  
omnes Iudei conueniunt: & in occulto locutus  
sum nihil, vt in occulto maneret. Quid me in-  
terrogau? interroga eos, qui audierunt, quid  
locutus sim ipsis: ecce hi sciunt, qua dixerim  
ego.

PERPENDENDVM hic primum Chri-  
stum et si vincitum & humiliatum, non ta-  
men in hoc concilio ignavum aut timidum  
fuisse; sed magnam spiritus libertatem, quæ  
ex sanctitate vitae, & veritate doctrinæ  
procedebat, ostendisse: Conscientia enim,  
quæ secum habet sanctitatem & verita-  
tem, tanquam duo firmissima fulcra, libe-  
ra est, & ad omne bonum animata, sine  
metu, sine contractione aliqua; etiam si

V 2

coram

I.

*coram sapientibus & magnatibus mundi huius constituta sit. Quare meritò contendam, huiusmodi semper conscientiam, sanctamque libertatem habere; sicut Apostoli, ad sui Magistri imitationem, postea fecerunt.*

18.5.29.

**II.**

*DE INDE perpendenda est summa Christi Domini nostri prudentia, cùm noluit in particullari respondere de sua doctrina, qualis illa esset; sciens, quām è grē latiri fūsent omnes illi Seniores veram de ea respon- sionem: sed eam in genere remisit ad eos, qui audiuerint, quia securus adeò erat de eius veritate & soliditate, vt suos ipsos hostes, qui aderant, eamque audiuerant, testes habere veller. Et rem ipsam exitus compre- bauit: nam omnes illi obmutuerunt; nec fūt qui vel minimum verbum in medium proferret, tanquam malè ab ipso prolatum. Odoctrinæ Saluatoris nostri puritatem! quām vis tua potens, quæ non mōdō te tradent, generosam tribuis libertatem; sed os etiam obstruis inimici, qui te audit & concedet mihi Domine, & Saluator mi lucem ad eam intel- ligendam; libertatem ad promulgandam & obedientiam ad exactè perfecteque exerce- dam.*

**III.**

*PERPENDAM tertiod, Christum Domi- num, & si de discipulis interrogatum, nihil tamen de eisdem respondisse: quod cùm fugi- elapsi essent, nec accusare eos voluerit, eorum imbecillitatem promulgando nec tunc de eo*

rum

*Ita Cyr. lib.  
11. c. 37.*

rum fidelitate potuerit gloriari: imo (ut quoniam meditantur) quod Iudas adesset, qui & pactam pecuniam; quae ad Annam, ut solueretur, remissa erat, expectaret; & pro ipsius discipulo, et si infelicissimo, agnosceretur, sua quae illa infausta praesentia multum Magistro detraheret: quod totum non parum ipsum Salvatorem cruciabat. O magister amantissime, ne quælo permittas me ab ea fidelitate degenerare, quam tibi ut fidelis discipulus debeo, neb coram Patre tuo & Angelis eius erubescas me, tuum esse, consideri, Amen.

*b Lyc. 9. 26.*

## MEDITATIO XXVII.

DE ALAPA CHRISTO DATA,  
& eius ad Caipham mis-  
sione.

## PUNCTVM I.



NVS assens ministrorum dedit  
alapam I E S V, dicens: sic respon-  
dens Pontifici?

*Ioan. 18. 22.*

PERCUSSION & alapa haec,  
fuit prima iniuria Christo, apud  
Annam Pontificem, ab eius ministris illata,  
ideoque insolens, ut S. Ioan. non putauerit  
silendam; sed singulariter exprimendam, qua-  
tuor habuit circumstantias.

V 3

PRI-